



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 2. Hujus libri judicium a Regina primo Facultati inhibitum, & postea concessum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

**Sæc. XVII.** XI. *Igitur prima est, ut Rex promeritus ritus sit depositionem: nam si promeritus non est, deponi non debet, an autem meritus sit, ex prudenti Doctorum, ac Piorum hominum judicio cœlimandum est, &c.*

§. II.

*Hujus libri judicium a Regina primo Facultati inhibitum & postea concessum.*

*Argentre judic. Fa-  
cult. tom. 2.  
pag. 67.  
Serran.  
Franc. Hist.  
pag. 920.  
Jæger. Hist.  
Eccl. p. 209.* **E**xpositis hisce propositionibus Parisius coram Facultatis Doctoribus in Sorbonæ aula congregatis pronuntiabat, „quod Becanus Jesuita in suo libro mendacia æque ac imposturas passim spar- „gat, & novorum errorum ac criminum „defensionem Catholicis affingat: in- „ducat periculosa Schismata: depravet Scripturas sacras: atque ex interpre- „tatione falsa & erronea, dominos „temporales juribus suis injuste spoli- „execrabilem Regum & Principum cæ- „dem, tanquam rem licitam, & glo- „riosam Christianis proponat: subinde- „que publicæ pacis extinctionem, per- „ditiones horrendas, & innumeræ po- „pulorum strages, rebelliones, ac se- „ditiones varias in regna omnia impo- „tet, denique ius divinum & huma- „num penitus evertat.,,

Eapro-

Eapropter Facultati supplicabat, ut Sæc. XVII.  
hanc venenorū colluviem suo purga- A.C. 1613.  
ret judicio ac censura: Huic quoque  
suffragabatur Filescus Facultatis Syn-  
dicus, qui se etiam hunc librum sedulo  
perlegisse, nec alium magis pestilen-  
tem unquam reperisse testabatur, ad-  
debat tamen, se paucis abhinc diebus  
a Cardinale Bonsio nomine Serenissi-  
mæ Reginæ omnibus Magistris signifi-  
care jussum, quod Reginæ prohibuisset,  
ne quicquam de hoc libello in Sorbonæ  
comitiis statueretur, cum ipsa huic malo  
alia ratione obviam ire constituisset:  
quoniam vero Facultas Regis incolumi-  
tatem & Sorbonæ famam hac in re verti  
crederet, die septimo Januarii Collegii  
Theologici nomine Regni Cancellarium  
Doctores adibant, eundem de Faculta-  
tis deliberatione paucis ante diebus ha-  
bita certiorem reddentes. Hic vero  
agnita postulati æquitate non modo  
expedire, sed etiam hujus libri dam-  
nationem procurare, necessarium esse  
hisce Deputatis respondit, eis præci-  
piens, ut Luparam venirent, quoniam  
eos ad Reginam intromissurus esset.  
Adsuere igitur præstituta hora Deputati,  
qui præsente Condæo Principe, Can-  
cellario, Villaregio, & Bonsio Cardi-  
nale per Antonium Fayetum suas ratio-  
nes gravi facundia coram Reginâ ex-

L 5 pone-

**Sæc. XVII.** ponebant, quæ etiam se desuper cum  
**A. C. 1613.** Consiliariis suis deliberaturam, & per  
 ——————  
 Cancelarium eis suam mentem significaturam respondit: Percepto Reginæ  
 responso Deputati die duodecima Ja-  
 nuarii accesserunt Cancelarium, qui  
 eis Reginæ nomine significabat, quod  
 ipsa antea nonnisi unum alterumve hu-  
 jus libri exemplar in Galliis exstis-  
 rata, novum hunc partum potius silen-  
 tio opprimi, quam censura notari de-  
 crevisset; cum vero noxium hunc li-  
 brum in omnium ferme manibus ver-  
 fari comperisset, Facultati permitten-  
 dum censeret, ut de eo libro pro sua  
 integritate ac Religione, quæ videbun-  
 tur, statueret, de cetero autem plu-  
 rimum doleret, quod Theologicus Or-  
 do hodie in varia partium studia scin-  
 deretur: ad hæc reposuit Fayetus, hæc  
 dissidia, si quæ essent, nonnisi ex no-  
 vis, absonisque ejusmodi doctrinis oriri.

### §. III.

*Becani liber Pontificia censura per-  
 strictus.*

*Abrege  
 Chronol.  
 tom. 3.*

Die prima Februarii, cum Sorbonæ  
 Doctores jam in eo essent, ut Be-  
 cani librum examini subjicerent, Fa-  
 cultatis Decanus hunc in modum ex-  
 orsus est: *In pertractandis & gubernan-*  
*dis*